



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

34 Reservata sunt beneficia vacantia per violationem sequestri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- buf. in pract. benef. de devolut. num. 1.
- 31 Decimo octavo ¶ parochiales ecclesie, quarum provisio à die pacificæ possessionis intra annum, ad sacerdotium non curaverint se promoveri, cap. licet, cap. statutum, & cap. commissæ, de elect. in 6. ac annus hujusmodi non currit impedito, quia incipit, impedimento cessante, & post pacificam adeptam possessionem, vel à tempore, quo per provisum stet, quominus possessionem assequatur, d. cap. commissæ, & gloss. in d. cap. licet, in verb. annum, de elect.
- 32 Decimonono generaliter ¶ omnia beneficia, de quibus Ordinarii, & alii collatores contra concil. Tridentin. decreta disponunt, ut idem Papa Clemens in reg. 1. cancell. in fin.
- 33 Vigesimo omnia ¶ beneficia schismaticorum, quæ propterea schismatici amittunt, cap. nos consuetudinem, 12. dist. fin. & cap. quia diligentia, de elect. & quàm detestabile sit hoc crimen ostendit dominus in Datan, & Abiron, quos terræ vivos absorbit, cum domibus, tabernaculis, & universa substantia eorum, Deuter. cap. 19. & patet in cap. dent. que, 7. quest. 1. & in cap. in nomine, 23. dist.
- 34 Vigesimo primo beneficia ¶ vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia Romana, clement. unic. §. si quis autem, de seq. post. & fruct. quia cum sint in curia litigiosa, Sedi Apostolicæ sunt reservata, nisi sequester fuerit violatum, lite pendente in Rota per appellationem, quo casu, ut evitetur circuitus, poterit adjutor in odium sequestri violantis, beneficium in colligantis personam conferre, clemen. adjutor. de rescript. quod est speciale in Rotæ auditoribus, ut per gloss. in ead. clem. auditor. in ver. deputatus à nobis, & aliis casibus ¶ altero decedente, non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendente nihil est innovandum, clemen. 1. & 2. ut lit. pendente. & subrogatio in juribus defuncti spectat ad Papam, cap. fin. eod. tit. in 6. & Cassad. de decis. 5. num. 1. & tot. tit. ut lit. pendente.
- 36 Vigesimo secundo beneficia ¶ vacantia per simoniam, ut in d. constit. cum primum que vacant ipso jure: & est crimen, quod æquiparatur crimini hæresis, & læsæ majestatis, cap. 1. ubi gloss. ult. de testi. in 6.
- Vigesimo tertio ¶ vacantia per ademptionem possessionis litteris Apostolicis non expeditis, quando quis auctoritate Apostolica fuit de beneficio provisus, Paul. III. constit. 33. que incipit, Sanctissimus, in Bull. rom. impres.
- Vigesimo quarto sunt specialiter reservata omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur ¶ cum decreto, quod provisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus, resignare teneatur, & quod de eo per Sedem Apostolicam duntaxat provideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis. Cassad. decis. 3. num. 3. de reservat. & Monet. de oppio. cap. 34. num. 44.
- 38 Vigesimo quinto ¶ omnia beneficia, quæ causa rebellionis contra sedem Apostolicam, contumaciæ, aut cujuscunque criminis, vel delicti Apostolica auctoritate